



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Passio Policarpi, discipuli Ioha[...] euag[...]. Cap. XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

ro in vrbe Roma, expleto sacerdotio, Aniceto sedem reliquit, sub quo Egesippus Romam venit, ibidem p̄manens vsq; ad episcopatum Eleutherij, qui fuit post Anicetum. Tunc & Iustinus philosophus, Christi & fidei nostræ cōtra Martionem, ram viua voce quàm libris defensor, scribit ad Antoninum librū de Christiana religiōe, & obtinet gratiam pro nostris.

DE POLYCARPO insigni martyre. Cap. XIX.

EO tempore Polycarpus ordinatus & eruditus ab apostolis, Smyrneorum episcopus, lōgæua & innocenti vita venerabilis, pergit Romam, & corruptos per Valentinianū & Cerdonem ab hæretica labe castigat. Traditur hunc eleganter narrasse de Iohanne apostolo, quòd cum apud Ephesum, lauandi gratia balneū esset ingressus, & vidisset ibi Cerinthum, exiuit continuo non lotus, dicēs: Fugiamus hinc, ne & balneæ ipsæ corruant, in quibus lauat Cerinthus veritatis inimicus. Extant huius præclara quædam opuscula, & epistola huius ad Philippenses præualida, continens fidei monita & salutis. Hic autem post Antoninum Pium, imperante Marco Aurelio Vero, & Antonino filio eius cum Lucio fratre, vitam finiuit martyrio.

ANTONINVS Pius sedit annis xij.

Haymo.

Caput XX.

Dignus est autem hic perpetua ecclesiæ cōmemoratione donari, celeberrima passione resolutus, quem huic nostro cōpendio licet curta-

RERVM MEMO. LIB. IIII.

his sermōibus, ob insigne eius meritum, ob ipsius patrociniū suffragium, curauimus annotare. Hic ergo ante triduum quā cōprehenderetur, videt nocturna visione capitis sui cervical igne consumi, euigilansque fratribus sic interpretatus visionem, se pro Christo esse arsurum. Nec multo post infiliunt eius cōprehensores, Ad quos placido vultu progrediens, apponi mensam hostibus, quasi hospitibus iubet, & large epulas ministrari, impetrata per horæ spacium oratione. Deinde a sino sedens, ducitur ad tribunal. Cumque ingressus fuisset, audit vocem de cælo: Fortis esto Polycarpe. Commonitus ergo à procōsule multis sermonibus, vt habens etatis suæ reuerentiam, iuret per fortunam Cæsaris, & dicat in Christum conuitia, eleganti voce, & vere digna discipulo Iohannis respondit: Octoginta, inquit, & sex annis seruo ei, & nunquam me læsit, quomodo possum maledicere & blasphema re regem meum, qui dedit mihi salutem? non facio. Comminante iudice bestiarum immisiones, constanter ait, adhibeantur. Comminante quoque ignes, secure inquit, adhibe. Tunc populis Smyrnæ ciuitatis, tam Iudæorum quā gentilium conclamantibus: Viuus ardeat, destinatur ad ignem. Quo extructo, depositis senior indumentis, ac zona resoluta, calceamenta quoque pedibus tētat educere, quæ nunquam nisi à religiosis, à quibus semetipsum præuenientibus, resolui consueuerant. Sic namque ab omnibus venerabiliter colebatur. Exinde remissis manibus, post tergum traditur igni. Sed cum factō diuinitus miraculo, non posset igne consumi, tandem à liētoribus mucrone trans-

HAYMO DE CHRISTIA.

foditur, oblatum est deo, tam victima, quam holocaustum in odorem suauitatis.

DE IUSTINO doctore &
martyre.

Caput XXI.

Per idem tempus supradictus philosophus Christi Iustinus secundum iam librum, pro nostrae religionis defensione conscriptum, offert iudicibus, remunerationem linguae fidelis & erudite, martyrii recepit munus, accusante eum quodam philosopho, Crescente nomine, doloso proditore, & tendente ei insidias, pro eo maxime, quod saepe eum praefatus Iustinus suis disputationibus publice confudisset. Hic antequam proprium funderet agonem, etiam eorum qui ante eum martyres extiterant, certamina describit. Extant & alia eius opuscula praecleara, & magnae eruditionis indicia, quae enumerare longum est.

ANICETVS Papa Romanus,
sedit annis undecim.

Caput XXII.

Interea Aniceto obeuntri, Sother succedit, & Celsidion Alexandrino. Agrippinus tunc episcopus supra commemoratus, & Dionysius, Corinthiorum episcopus, & Irenaeus insignes habentur. Hi scribunt libros & epistolas, erudiunt ecclesiam, & confirmant. Quorum ingenij extant adhuc monumenta. Extat huius praefati Dionysij epistola ad Athenienses per lucida, inuitans ad martyrium, prolapsos arguens, in qua & illud designat, quomodo Dionysius Areopagites a Paulo instructus, primus Athenis episcopus fuerit